Bibliothèque virtuelle du Mont Saint-Michel

Catalogue des manuscrits montois conservés à la bibliothèque patrimoniale d'Avranches

Auteur(s) : Marie Bisson, Pierre Bouet, Thierry Buquet, Louis Chevalier, Olivier Desbordes, Brigitte Gauvin, Barbara Jacob, Catherine Jacquemard, Stéphane Lecouteux, Marie-Agnès Lucas-Avenel

Institution(s) : Pôle du document numérique, MRSH, Université de Caen Basse-Normandie

Financeur(s) : Ministère de la Culture et de la communication – Direction du livre et de la lecture (subvention PAPE 2011-1012) ; Equipex Biblissima (projet partenaire 2015-2016)

Division	F. 1r-v
Description matérielle	Texte sans lacune
Titre donné par le manuscrit	s. t.
Identification	Gregorius IX Bulle

Transcription du texte

Intitulé de début : -
Incipit : Ep(iscopu)s seruus seruor(um) d(e)i dilectis filiis doctorib(us) (et) scolaribus uniu(er)sis parisius co(m)morantib(us) salutem […] (f. 1r)
Explicit : […] ne q(ui)s p(re)sumat aliam fac(er)e absq(ue) auct(oritat)e sedis ap(osto)lice speciali. (f. 1r-v)
Intitulé de fin : -
Formule conclusive : -
Annotation(s) : -
Glose(s) : -

Zone des notes

Notes sur l'identification

Bulle papale adressée à l'université de Paris.

Note sur la description matérielle

Texte : -
Illustrations : -
Autres informations codicologiques : -

Transcription du texte

Texte : Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis doctoribus et scholaribus universis Bononiae commorantibus salutem et apostolicam benedictionem. Rex pacificus pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos, pacificos et honestos. Sed effrenata cupiditas, sui prodiga, pacis aemula, mater litium, materia iurgiorum, tot quotidie nova litigia generat, ut, nisi iustitia conatus eius sua virtute reprimeret, et quaestiones ipsius implicitas explicaret, ius humani foederis litigatorum abusus exstingueret, et dato libello repudii concordia extra mundi terminos exsularet. Ideoque lex proditur, ut appetitus noxius sub iuris regula limitetur, per quam genus humanum, ut honeste vivat, alterum non laedat, ius suum unicuique tribuat, informatur. Sane diversas constitutiones et decretales epistolas praedecessorum nostrorum, in diversa dispersas volumina, quarum aliquae propter nimiam similitudinem, et quaedam propter contrarietatem, nonnullae etiam propter sui prolixitatem, confusionem inducere videbantur, aliquae vero vagabantur extra volumina supradicta, quae tanquam incertae frequenter in iudiciis vacillabant, ad communem, et maxime studentium, utilitatem per dilectum filium fratrem Raymundum, capellanum et poenitentiarum nostrum, illas in unum volumen resecatis superfluis providimus redigendas, adiicientes constitutiones nostras et decretales epistolas, per quas nonnulla, quae in prioribus erant dubia, declarantur. Volentes igitur, ut hac tantum compilatione universi utantur in iudiciis et in scholis, districtius prohibemus, ne quis praesumat aliam facere absque auctoritate sedis apostolicae speciali.

Bibliographie

Éditions

FRIEDBERG E. (éd.) (1872, reprint 1955), *Corpus iuris canonici*, pars. 2, *Decretalium collectiones*, Graz, Akademische Druck- u. Verlagsanstalt, col. 1-4. Archive.org.

Études

n. r.

Accè(s) contrôlé(s)

Sources juridiques ; Droit canon